

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

xcviii **I N S C̄ M T H E I**

**A P O S T O L I .**

**L I C S C̄ I N Ū S I C M A T H .**

**I**n illo tempore. **V**idit ih̄s hominē  
sedentem in teloneo mattheum  
nomine. & ait illi. **S**equere me. & itaq̄

**L****O****M****N****I****U****A****V****I****N****I****R****A****B****I****U****S**  
**B****E****D****A****I****·****P****R****I****S****B****I****T****E****R****I****·**  
**D****E****I****A****D****I****M****·****L****E****C****T****I****O****N****I****·**

**E**gimus apostolo dicente quia  
omnes peccauerunt. & egent

gloria dī. **I**ustificati  
per gratiā ipsius.

**Q**ui & iterum inesti-

mabilem eiusdem gratiæ magni-  
tudinem commendans ait.

**V**bi autem abundauit pecca-  
tum. super abundauit gratia.

**Q**uia nimirum quanto graui-  
orem dñs in electis suis peccatorū  
languorem curauit. tanto ampli-  
orem cunctis gratiæ. <sup>me</sup> dētis poten-  
tiam monstrauit.

**V**nde & ex  
lectione euangelica audiuius.  
quia sedentem in teloneo matheu.  
ac temporalibus curis intentum  
repente miseratus uocauit. & de  
publicano iustum. de teloneario  
discipulum fecit.

**Q**uem etiam  
proficientibus eiusdem gratiæ  
crementis. de communis discipulo-  
rum numero. ad apostolatus gra-  
dum promouit.

**N**ec solum p̄-  
dicandi. uerum etiam scribendi

euangelium illi ministerium  
commisit. **V**t qui ter restrū  
omiserat. celestium esse talen-  
torum dispensator inciperet.

**Q**uod ob id utiq̄ prouidentia super-  
na fieri disposuit. ut nullum  
enormitas suorum. nullum nu-  
merofitas scelerum. asperanda  
uenia reuocaret. cum hunc tantis  
mundi nexibus absolutum. tam  
caelestem factum conspiceret.  
ut communicato cum angelicis  
spiritibus uocabulo. euangelista  
nominaretur & esset.

**V**idit inquit ih̄s hominem sedente  
in teloneo mattheum nomine. & ait  
illi. **S**equere me. **V**idit autē  
non tam corporei intuitus. quam  
internae miserationis aspectibus.

**Q**uibus & petrum negantem ut rea-  
tum suum cognoscere ac deflere  
posset respicere dignatus est. quibus  
populum suum egiptia seruitute  
depressum ut eriperet aspicit.  
dicens ad moysen. **V**idens uidi  
ad afflictionem populi mei qui est  
in egipto. & gemitum eorum au-  
diui & descendi liberare eos.

**V**idit ergo hominem. miseratus  
est ei. qui humanis tantum stu-  
diis deditus. necdumq̄ angelico  
nomine dignus extiterat.

**V**idit sedentem in teloneo. pertinaci  
uidelicet animo temporalibus

lucris inhi autem. Matheum  
inquit nomine. Matheus  
hebraice. latine dicitur donatus.

Quod profecto nomen illi apte  
congruit. quia tantum gratiae  
super ne munus accepit.

Nec praeter eundem quodidem mathe  
us erat dionimos. nam & leui uo  
cabatur. Quod etiam nomen.  
eidem gratiae qua donatus est  
testimonium perhibet. Interpre  
tatur enim additus. siue adsumptus.

Significans qui adsumptus est per  
electionem ad deo. & additus ad nu  
merum gradus apostolici. Hoc  
autem illum nomine. marcus & lu  
cas. in hac lectione magis appellare  
uoluerunt. ne consortem operis eu  
angelici. de prisca conuersatione.  
palam notabilem redderent.

At uero ubi adde scribendum duode  
cim apostolorum catalogum per  
uenerunt. tacito leui uocabulo.  
matheum illum aperte nuncupa  
uerunt. Porro ipse matheus iux  
ta hoc quod scriptum est. iustus prior  
accusator est sui. uenit amicus eius  
& inuestigauit eum. uulgato senomi  
ne appellat. cum de teloneo uocatum  
narrat. Sed & in catalogo aposto  
lorum cum addita mentio se publi  
carum cognominauit. thomas in  
quit. & matheus publicanus. qua  
tenus maiorem per hoc publicanus

& peccatoribus. adipiscende salutis  
confidentiam praebat. Quam  
docendi formulam. paulus quoque  
secutus ait. Quia xps ihs uenit  
in hunc mundum peccatores saluare  
facere. quorum primus ego sum.

Sed ideo misericordiam consecutus  
sum. ut in me primo ostenderet  
xps ihs omnem patientiam. ad ex  
emplum eorum. qui credituri sunt  
illi in uitam. eternam. Vidit ergo  
publicanum. & quia miserando atque  
eligendo uidit. ait illi. sequere me.

Sequere autem dixit. imitare.

Sequere dixit. non tam in cessu pedum.  
quam in executione morum.

Qui enim dicit se in xpom anire. debet  
sicut ille ambulauit & ipse ambulare.

Quod est non ambire terrena. non  
caduca lucra sectari. Fugere  
honores infimos. contemptum  
mundi omnem pro celesti gloria  
libenter amplecti. Cunctis pro  
desse amare. In iurias nulli infer  
re. ac sibi in latis patienter sufferre.

Sed & in ferentibus. ad deo ueniam  
postulare. Non unquam suam.  
sed conditoris semper gloriam que  
rere. Quot quot ualere secum  
ad amorem supernorum erigere.

haec & huiusmodi gerere. xpi est  
uestigia sequi. Et surgens inquit  
secutus est eum. Non est  
mirandum quod publicanus

ad primam iubentis dñi uocem.  
terrena quae curabat lucra reli  
querit. opibusq; neglectis illius  
comitatus quem nil diuitiarum  
habere cernebat adhaeserit.

**I**psè enim dñs qui cum foris uerbo uo  
cauit. intus in inuisibili instinctu.  
ut se sequeretur edocuit. In fun  
dens menti illius lumen gratiae  
spiritalis. quae intellegeret. quia is  
qui a temporalibus auocabat in terris.  
incorruptibiles in caelis dare thes  
5 auros ualeret. Surgens inquit se  
5 cutus est eum. Surrexit ut sequeretur.  
7 Dimisit caduca quae gere  
bat. ut consequeretur aeterna.  
ad quae illum ueritas inuitabat.

**Q**uale est illud esaias. Surge  
quid dormis. & exsurge a mortuis.  
5 & inluminabit tibi xps. Et fac  
5 tum est discumbente eo in domo.  
5 ecce multi publicani & peccatores  
5 uenientes. discumbebant cum ihu.  
5 & discipulis eius. Unus publicani  
conuersio. multis exemplum pae  
nitentiae & indulgentiae publi  
canis ac peccatoribus tribuit.

**N**on enim dubitandum quia publi  
cani ac peccatores esse desiderant.  
qui cum ihu & discipulis eius dis  
cumbant. Nec si in peccatis  
perseuerare decernerent. ei qui  
sine peccato est conuesci  
auderent. Publicani quippe

uocantur. qui uel publice scele  
ribus fedantur. uel publicis implican  
tur negotiis. Quae sine peccato  
aut uix. aut nullatenus ualent  
administrari. Et pulchro uere  
praesagio. qui apostolus & doctor  
gentium erat futurus. in prima  
sua conuersione. peccantium post  
segregem trahit ad salutem.

**O**fficiumq; euangelizandi quod pro  
ficiente merito uirtutum erat  
expleturus. a primis iam fidei suae  
rudimentis incipit. Neq; enim  
solum qui fratrem uerbo erudit.  
sed etiam qui exemplo ad meliora  
conuertit. ministerium gerit  
doctoris. Deniq; idem publica  
ni. non tunc solum modo cum dño  
discumbebant. uerum & de in  
ceptis abiectis saecularibus nego  
tiis. ad imitationem mathei illi  
sequi gaudebant.

**T**estante euangelista marco qui  
dicit. Multi publicani & peccato  
res discumbebant cum ihu & dis  
cipulis eius. Erant enim multi  
qui & sequebantur eum.

**N**otandum autem quod lucas haec  
referens dicit. quia dñs in domo  
eius dem mathei. cum publicanis  
discubuerit. & quia ipse con  
uiuium illi magnum parauerit.

**Q**ui quidem matheus quantum  
ad generale iudicium respicit.

congruam beneficis caelestibus. uicem rependit. ut a quo perennia bona sperabat. illi sua temporalia commodaret.

**E**umq; corporalibus epulis reficeret. quo ipse donante gustum spiritualis acceperat suauitatis.

**P**orro si altiore intellectu quae gesta sunt indagare cupimus. non tantum in domo sua terrestri conuiuium dño corporale exhibuit. sed multo gratius illi conuiuium in domo pectoris sui per fidem ac dilectionem parauit. ipso adtestante qui ait.

**E**cce ego sto ad ostium & pulso. si quis auerit uocem meam. & aperuerit ianuam. introibo ad illum & cenabo cum illo & ipse mecum.

**S**tat quippe ad ostium dñs & pulsat. cum memoriam suae uoluntatis. uel per os docentis hominis uel per suam intus inspirationem. nostro cordi infundit. Audita autem uoce eius. ianuam ut recipiatur aperimus. quando illius siue secretis seu aperitis admonitionibus libenter ad sensum prebemus. & his quae facienda cognouimus perficiendis operam damus. **I**ntra uero & ille nobiscum. & nos cum illo caenamur. quia in cordibus electorum per amoris sui gratiam inhabitat. ut ea semper luce suae praesentiae

reficiat. quatenus ad superna desideria magis magisque proficiant. & studiis eorum caelestibus quasi gratissimis dapibus ipse pascat.

**S**equitur. Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester. **D**uplici errore tenebantur pharisei. cum magistro ueritatis. de susceptione peccatorum detrahebant.

at derogabat

**Q**uia & se iustos arbitrabantur. qui superbie fecisti a iustitia longe discesserant. & eos criminabantur iniustos. qui resipiscendo a peccatis. non parum iam iustitiae propinquabant. **I**nuidia namq; fraternae salutis obcecata. recolebant quia publicanus erat matheus. publicanus & peccatores erant multi alii quicum dño discumbebant. sed meminisse nolabant. quia idem matheus sicut lucas scribit relictis omnibus quae gerebat secutus est eum. **S**ed & alii publicanus ac peccatores. eo animo cum illo discumbebant. quo illi deinceps adhaerere disponebant. **E**rrabant ergo pharisei. qui nec aliena nec sua saltem corda nouerant. sed quinnouit occulta cordis. qui uenit quaerere & saluum facere quod perierat. & eos quos iam penitentes susceperat amplius infide confortat. & eos quos adhuc superbos

tolerat & impios. ad humilitatis  
ac pietatis gratiam prouocat. 7  
**N**am sequitur. Non est opus ualen-  
tibus medico. sed male habentibus.  
**I**neo & enim quod male habentibus  
medicum se aduenisse testatur.  
aug & spem optinendae sanitatis  
& uitae. eis quide peccatorum suorum  
languore turbati. saluatoris ac uiu-  
ficatoris magisterium iam sequi  
coeperant. 7 In eo autem quod  
ualentibus non opus esse medico  
dicit. illorum temeritatem redar-  
guit. quide sua iustitia presumen-  
tes. gratiae caelestis auxilium que-  
rere detractabant. 7 Quis namq; ita  
iustus esse poterit. ut diuina opitu-  
latione non eget. cum ille quo  
innatis mulierum maior nemo est.  
de se iohannes aper tissime dicat. 7  
**N**on potest homo accipere quicquam.  
nisi fuerit ei datum de celo. 7  
**D**um uero subiungit. 7 Eunt  
autem discite quid est misericor-  
diam uolo & non sacrificium. Eis  
dem phariseis de falsa iustitia  
tumentibus. etiam consilium cor-  
rectionis ostendit. 7 Ammonet  
namq; eos ut per opera misericor-  
diae praesidia conquirant. & non  
contemptis pauperum necessitati-  
bus. per oblationem se sacrificio-  
rum dnm placare confidant. 7  
**P**roposuit autem eis testimonium

de propheta. & hoc illos eunt  
discere iussit. 7 Eunt uidelicet  
ate meritate stulte uituperatio-  
nis. ad diligentiore[m] scripturae  
scae meditationem. ut quicum  
peccatores suscipientem. contra  
scripturarum decreta facere ca-  
lumnia bantur. ipse potius intelle-  
gerent quae essent di praeepta  
nescisse. uel agnita non fecisse. 7  
**Q**ui enim cotidianis in templo ob-  
lationibus instantes. nulla delin-  
quentibus compassione misereban-  
tur. patet profecto quia contra  
sermonem profeticum. sacrificium  
potius quam misericordiam quae-  
rebant. 7 At uero dñs qui sicut  
scriptum est pertransiit bene-  
faciendo & sanando omnes oppres-  
sos a diabolo. & quotiens templum  
intrauit. magis inibi languentes  
curare. erudire nescios. contuma-  
ces redarguere. uel etiam foras  
deurbare. quam uictimas studuit  
offerre. 7 Liqueat utiq; quia uo-  
luntatis diuinae quam propheta  
monebat iussa perfecit. misericor-  
diae scilicet opus exsequendo. & non  
sacrificium celebrando. 7 Qui etia  
reprehensoribus suis quicere cum  
publicanis & peccatoribus man-  
ducaret. rationem reddere non  
despexit. ut uel sic eos a super-  
uacua murmuratione cohiberet.

Sed nos in praesenti quia sermo claudendus est. Unum iohannis testimonium commemorare sufficiat.

Et cum darent inquit quattuor animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum. uiuenti in saecula saeculorum. prodecabant uiginti quattuor seniores ante sedentem in throno. & adorabunt uiuentem in saecula saeculorum. & mittebant coronas suas ante thronum. Oportet namque ut quotiens aeterni regis magnificentiam in sanctis euangeliorum libris praedicare cognouerimus. procidamus humiles ante illum. illius misericordiam deuotis precibus imploremus. & quicquid boni operis habere possumus. non nostris hoc meritis. sed eius semper gratiae tribuamus. Qui sedens in throno patris. una cum spiritu sancto. uiuit & regnat deus in omnia saecula saeculorum. Amen.

**INVIGILIA  
NICUS APOSTOLI  
LIC SCAI IUA SIC IOHAN**

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum uitis uera. & pater meus agricola. & reliqua.

**OMNIA BEATI  
AUGUSTINI EPI DE IAN  
LECTIONE**

**I**ste locus euangelicus fratres. ubi se dicit dominus uitam. & discipulos suos palmites. secundum hoc dicit. quod est caput ecclesiae. nosque membra eius. mediator dei & hominum homo christus ihesus. Unius quippe naturae sunt. uitis & palmites. Propter quod cum esset deus. cuius naturae non sumus. factus est homo. ut in illo esset. uitis humana natura. cuius & nos homines palmites esse possimus.

Quid ergo est. ego sum uitis uera. Ab illa utique discernitur cui dicitur. Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae. Nam quo pacto est uitis uera. quae expectata est ut faceret uuam. fecit autem spinas. Ego sum inquit uitis uera. & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum. tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum. ut fructum plus adferat. Numquid unum sunt agricola & uitis. Secundum hoc ergo uitis christus. secundum quod ait. pater maior me est. Secundum id autem quod ait. ego & pater unum sumus. & ipse agricola est. Nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium. sed talis ut det etiam intrinsecus incrementum. Nam neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed